

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 83. Romipetæ si in jus coram ordinario vocentur, qualiter poterunt sibi consulere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

excommunicator condemnatur ab interesse excommunicato, alias nihilominus si culpa qualitas postulaverit, superioris arbitrio puniendus, cum non sit levis cuique tanquam penam infligere insolitus text. d. cap. sacro.

Quod adeo verum est, ut talen excommunicatorem qui tam graviter sine colore errare probabilis error excusare non possit, arg. Lata culpa ff. de verb. sig. cap. ignora de reg. juris in 6. Navar. d. cap. cum contingat. Rem. 2. num. 44.

Dixi sine colore, error enim qui in prudentissimum cadere potest, posset eum excusare, glo. d. cap. sacro verb. probabilis error de sent. excomm. Sed quid si iustè excommunicatus non appellatur, sed excommunicationi acquevit.

Repondetur, dari nihilominus ei actionem, Gaufredus d. cap. sacro nu. 17, ubi etiam innotescit, id quod ego prolixius in questionibus de viginti duum virali foro ostendi.

QUÆSTIO LXXXIII.

Romipetæ sibi in jus coram ordinatio vocentur, qualiter poterunt sibi consulere.

SUMMARIUM,

1. Romipetæ sunt exempti.
2. Exceptio dilatoria oriens posse item contestatum, opponi potest.
3. Exceptio dilatoria si reiciatur, potest appellari.
4. Executor de nullitate aut iniquitate sententia cognoscit.
5. Romipetæ excommunicari non potest.
6. Romipetarum infinitus numerus.

Eugenius quartus Pontifex Romipetas eximit ab omnimoda jurisdictione, ita ut neque personaliter, neque realiter in ius vocari possint coram qualicunque judice, neque etiam qualicumque sententia pulsari, dum Romanæ veniunt causarum aut negotiorum suorum gratia, prout nec quādiu Romæ earundem suarum causarum & negotiorum gratia moram trahunt ac inde recedunt, uti pleniū videre est ex eiusdem Eugenii extravagante, incip. divina de privilegiis in extravagantiis communib[us].

Iaque si contingat quempiam Romipetani in jus vocari coram suo ordinatio, aut coram eodem habere item pendentem, queritur quibus remediis sibi possit consulere.

Respon-

Respondet posse coram eodem ordinario obiecere exemptionem hanc dilato-
riam ex Eugeniana constitutione, idque ante item contestatam, exceptio enim
dilatoria etiam quæ post item contestatam oritur, potest etiam tam ante quam post
item contestatam opponi, cap. insimilante de offic. del. Abb. cap. unico num. 5. de oblig. l.
r. C. de conforto eiusdem iuris & ego lib. 2. de iuris dict. ord. in exempt. quest. 16. n. 1. & seqq.

altius in loco latius id ostendo.
Respondet secundò, si ordinarius ejusmodi exemptionem ulterius procedens
contemnatur, Romipetam posse coram superiori per viam appellationis aut querela id
emendare, per vulgatam illam juris doctorum theoriam, quod appellatio, querela,
aut alia similia remedia sint ad instar terciacæ adversus iniquos judices iniquas sen-
tentias, l. i. & seqq. ff. de appellat. Imo vero posse coram eodem met ordinario in ip-
sa executione de nullitate ejusmodi processus atque sententia vel principaliter, vel in-
cidenter opponere, ut latius videtur ex doctrina Sebastiani Vantii, tract. de nulli-
tate coram quo de nullitate agi posse.

Haber enim hæc Eugeniana constitutio clausulam irritantem, quæ inficit totum
processum atque sententiam qualcumque, de cuius equidem clausula energiam
superque scripti alii in locis.

Respondet tertio. Posse etiam coram qualiumque executori aut sub executo-
re de ejusmodi nullitate opponere, executorque processum & sententiam tali labore &
nullitate virtutam executioni non mandabit. Quia executor sententiam, quam ei
constat esse nullam, executioni mandare non tenetur, glo. cap. pauperalis §. quia vero
de officio delegati. Navarr. cap. ultim contingat Remedio 4. in pr. vers. quoniam de respi-
ctu. Idque etiamsi Romipeta excommunicationem à censuris efficeret in nodatus, Romi-
peta enim excommunicari non potest, d. extravag. divina, & consequenter execu-
tor ejusmodi excommunications nullitate laborantes attendere non debet, glose Navarr.
d. cap. contingat Rom. 4. quippe ut mandatum judicis quod nullum est nec excusat
nec accusat, sed inutile sit atque subventaneum, Bart. l. iustit. de acqu. poss. Navarr.
d. cap. cum contingat Rem. 2. num. 42. Verum quia Eugeniana hæc neq; glossis, neque
commentariis à nemine quem viderim illustrata est, multitudine quoque sit ingens, quæ Ro-
manum quotidie, ut testatur idem Eugenius de extravag. divina in pr. velut ad omnem
fidelium matrem pro animarum salute querenda & justitia prosequenda de diversis
mundi partibus confluit, hinc visum fuit paulò ulterius rem repeteret, & que-
stunculis non infrequentibus eandem Eugenianam illustrare.

Quarto itaque.

QDxE-